



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

369. Ne commutationes fiant de rebus ecclesiasticis sine consensu Regis,
& ut mancipia ecclesiastica nisi ad libertatem commutentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Et ideo ab inrationabili petitione se unusquisque compescat.

Ne commutationes fiant de rebus ecclesiasticis sine consensu Regis. Et ut mancipia ecclesiastica nisi ad libertatem commutentur. *Ex eodem, cap. XII.*

CCCLXIX. Ut Missi nostri omnibus per illorum missaticum denuntient ne commutationes rerum vel mancipiorum ecclesiasticorum quilibet praelatus sine licentia & consensu nostro praesumat facere.

Capitula Karoli Calvi
ibid. §. 12.
Burchard. lib. 3. c. 172.

A L I A.

Neque mancipia ecclesiastica quisquam nisi ad libertatem commutet; videlicet ut mancipia quae pro ecclesiastico dabuntur, in Ecclesiae servitute permaneant, & ecclesiasticus homo qui commutatur perpetua libertate perfruatur. Quod enim semel Domino consecratum est, ad humanos usus jam transferri non potest. Ait enim lex: *Si quis mutaverit, & quod mutat, & quod mutatum est, sacrificabitur Domino.*

Capitula Karoli Calvi
ibid.
Burchard. lib. 3. c. 173.

Levit. 27.

Quae sequuntur post illa verba perpetua libertate perfruatur, non extant in actis Concilij Sueffionensis, unde illa citat Regino, neque in Capitulis Karoli Calvi, non demum in Capitulari Compendiensi à nobis edito in appendice Lupi Ferrariensis, quod descriptum est ex Capitulis editis in synodo illa Sueffionensi. Habentur tamen etiam apud Burchardum, qui haud dubie accepit ex Reginone.